



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrivm SS. Crispini Et Crispiniani: Ex eo quod extat apud V. P. Laurent.
Sur. Paßi sunt anno Christi 303. Marcel. Papæ 7. Dioclet. & Maxim. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

Capite ple-
xus migrat
ad Dominū.

res eius perforari iubet. Sed cū nulla tor-
mentorū genera fortissimū martyrem ex-
pauescere cerneret, capitis in eum sententiā
tulit: quam subiens lætabundus, de huius vitæ
ærumnoso carcere VII. Kalend. Nouem. feli-
citer emigravit.

MARTYRIVM SS. CRISPINI ET

Vide To-
mo 2. Annal.
C. Baron.

Crispini: Ex eo quod extat apud V. P. Lave-
rent. Sur. Passi sunt anno Christi 303. Marcel-
Pape 7. Dioclet. & Maxim. 20.

25. Octob.

QVO tempore Quintinus, Lucianus, Rufi-
nus, Valerius & Eugenius Romæ cla-
ris orti natalibus in Gallias Christum
annunciaturi se contulerunt, feliciq̄e marty-
rio cursum cōsummātes, ad beatam immorta-
litatem cōmigrarunt: Crispinus & Crispi-
nianus pari fidei deuotione & generis splēdo-
re, Suesiones venerunt. Ea tempestate cū Dio-
cletianus & Maximianus vna animi impieta-
te Christi Ecclesiam acriter oppugnarent, cū
alijs summi Dei cultoribus, tum hisce etiam
athletis hospitij & humanitatis officia erāt in-
terdicta. itaq̄: quanquā generis dignitate &
natalium splendore essent insignes, tamē vt in
omnibus vitam Apostolico præscripto dicerēt
conformem, manuum labore victum sibi pa-
rare voluerunt: artemq̄e potissimū suerunt
(quod quæta & cælestiū rerum cōtemplatio-
ni nō in grata esset) discere placuit: in qua, Dei
beneficio, ita excellēre; vt cunctis admiratio-
ni, & multis chari essent: maximē quod nul-
lum laboris sui à quoquam exigerēt precium.

SS. Crispi-
nus & Cris-
pinianus ve-
niunt in Gal-
lias.

1. Thess. 4.

Discunt artē
Suirnam,
nobiles viri
Crispinus &
Crispinian.

Itaque

Itaque morū suauitate, & artis elegantia non-
nullos ad suam allexere familiaritatem; non
tam artificij necessitate vel opera, quàm verbi
Dei audiendi studio inuitatos: quos tanquàm
felices operum suorum primitias Christo ge-
nerunt. Eorum vestigijs alij deinde non
pauci insistentes, simili ratione, Christi-
que virtute & gratia: ab infelici dæmonum
calceu ad veri DEI cognitionem perducti
sunt.

Non potuit ea res diu latere Maximianum:
qui misso cōfestim Rictiouaro crudelitatis suę
administro, eos ad se vinctos adduci iussit. Is
iam antè in corripiendis & afflicendis Chri-
stianis egregiè exercitatus, apud Sueffiones
pauperum consuentes calceos, eos reperit: sta-
timque iniectis catenis, ad Maximianum vin-
ctos perduxit. Illi nullo terrore cōmoti, cū
genus & religionem edicere iuberetur, intre-
pidè satis & sinè vllis ambagibus responderūt:
Romę non obscura familia orti, in Gallias pro
Christi amore venimus; qui cum patre & spi-
ritu Sancto vnus est Deus: cui fideles serui pró-
pra animi deuotione seruimus, cupimusque,
dum spiritus hos reget artus, in eius cultu &
famulatu permanere. His auditis, ira per-
moctus Maximianus: Per deorum, inquit, vir-
tutem, si in hac stultitia permaneritis, mul-
tis vos tormentis excruciatos, malè perdam.
Si verò dijs obedientes sacrificaueritis, mul-
tis vos opibus auctos, magnis curabo affici ho-
noribus. Ad ea sancti martyres: Minis, inquit,
non terremur, quib. viuere Christus est, & mo-
ri lucrum. Opes verò & honores, quos polli-

*Conuertunt
quosdam ad
Christum.*

*Rictiouarus
mittitur ad
eos compre-
hendendos.*

*Sistuntur
vincti corā
Maximiano.*

*Præclara &
constans eo-
rum confes-
sio.*

Philip. 1.

Z 4 ceris,

ceris, nos olim Christi causa contempimus, & contempnisse latamur.

Tunc Maximianus furore accensus tradit eos Rictiouaro, obtestaturque ut dire eos cruciandos, teterrimaque morte perdendos curaret. Mox crudelis immanis tyrani administer, iubet sanctos viros ad trochleam extensos sustibus cædi. Illi verò animis cælestia contemplantes, Christi opem & auxilium implorant. Audiens Rictiouarus eos preces Christo offerentes, quos putabat præ doloris acerbitate euulaturus, fert indignissimè; mādaturque fudes inter digitorum unguis & carnem defigi, & expelle dorsi corrigias excindi. Parent satellites, acriter in digitos adigunt acutas fudes: martyres inter horrendos cruciatus spe gaudentes, in tribulatione patientes orant Dominum, ut ab homine dolofo & iniquo ipsos liberare dignetur. Non cūctatur bonus Dominus: exiliūt è digitis fudes tāta vi, ut quosdā è ministris interfecisse, alios vulnerasse ferantur. At Rictiouarus præ furore insaniēs, aliud protinūs supplicium excogitat. Molares lapides ad martyrum colla ligantur, ut in flumen Axonam demersi glacie crucientur. Martyres lati & alacres, diuinæ virtutis scuto protecti, nec aquis merguntur; imò potius ceu æstiuis quibusdam lauacris recreati, abiecto molari pondere ad vltiorem fluminis ripam incolumes enarant.

Eo conspecto miraculo Rictiouarus à malo dæmone ira inflammatus, iubet eis vincula iniici, vinculosque in bullientem plumbi liquorem deponi. Sed martyribus iniucta Christi dextera protectis, & numen diuinum vno ore inuo-

*Obserua quid
Extensio ad
Trochleas,
& eleuatio
ad Trochle
as admodū
diuersa sint.
Trochlea
propriè rota
est, rotam
continens
volubilem,
per quam
funis tracto-
rius immis-
sus ligatum
brachijs re-
uinctum reū
sursum tra-
hit, vel re-
missus deor-
sum relaxat.
Eiusmodi
itaque tor-
mentum di-
ctum reperi-
tur, eleuatio
ad trochleas.
Extensio a-
tem ad tro-
chleas, vir-
gis ac susti-
bus cædeba-
tur, dorsi que*

innocantibus, feruentis plumbi guttula in oculum exilit ludicis, magnoque excruciatum dolore occacat. Tum miser ille furore percitus, picem, adipem, oleumque feruescens & martyres in ea præcipitari iubet. Paretur dicto citius, sed multo celerius angeli ministerio ab igne liberantur: ita ut auri instar per ignem purgati, nouo quodam splendore coruscare viderentur.

Impius verò Ricthouarus cum omnes suos conatus irritos esse cerneret, furibunda mente in ignem se precipitem dat, iusto profecto Dei iudicio: ut qui multos Christi martyres ad cælestia regna properantes, ignibus excruciatos interemerat, ipse quoque igne extinctus, ad æterni ignis flammam inextinguibiles proficisceretur. Id conspicati victores martyres, pijs animis supplices Deo offerunt preces, ut ipsos de certaminis conflictatione ereptos, iubeat propitius ad se peruenire. Annuit eorum votis precibusque Iesus. Nam Maximianus statim, ut Ricthouari cognouit interitum, sanctos martyres capitis damnauit. Quod certamen læti alacresque Octauo Kalendas Nouembris peregerunt.

Corpora eorum canibus auibusque deuoranda relicta, sed Christo custode nihil læsa, à pio quodam sene, eiusque sorore vetula sepulturæ tradita sunt, in proprio eorum domicilio: quo Clerus populique fidelis piæ deuotionis affectu confluere, eorumque celebritatem festiuo gaudio celebrare cœpit: communicatoque inter se, concilio inde ea transferentes in duobus honorificis tumulis condiderunt, Vbi postea

Z 5

magnam

*duplicibus
Et Hec
Baronius in
Notat. 7.
Decembris.*

*Capite plexi
migrant ad
Christum.*

Tumuli eorum miraculis celebres.

Vide 2.

Tom. C Baron & Not. ad Martyr. Roman.

26. Octob.

magnam ædificarunt ecclesiam: in qua eorum meritis cælitus largitur infirmis sanctas.

MARTYRIVM SANCTORVM ROGATIANI & Felicissimi: Ex Epistola B. Cypriani, 81. Passi sunt anno salutis 260. Valeriani & Galliceni Imp. 6.

QVANTA horum Martyrum sæuissima hac persecutione in perferendis multiplicibus pro Christiana religione supplicij enituerit animi fortitudo & inuidum robur, ipsa B. Cypriani testificatione satis manifestum euadit. Eorum siquidem virtutes & constantiam haud immeritò collaudans; ceteros confessores pro Christi nomine decerantes, hisce fere verbis ad eorum imitationem hortatur. Sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum, gloriosum senem, viam vobis ad gloriã temporis nostri religiosa virtute & diuina dignatione facientem, qui cum Felicissimo fratre nostro, quieto semper & sobrio, excipiens ferocientis populi impetum, primum hospitium vobis in carcere preparauit: & merator quodam modo vester, nunc quoque vos antecedit. Quod vt consummetur in vobis, assiduis orationibus Dominum deprecamur: vt initijs ad summa pergentibus, quos confiteri fecit, faciat & coronari.